Q. D. B. V.

PRAESIDE

CONRADO SAMVELE SCHVRZFLEISCHIO,

disputabit

M. ANDREAS SCHVLERVS,

Bistricio Transylvanus.

In Auditorio Maiori,

ad d. X. Octobr. A. MDC XXCIIX.

CVM PRIVILEGIO SEREN. EL. SAXON.

Disputatio LXII.

LIPSIAE, Apud NICOLAVM SCIPIONEM.

clɔ Iɔc XCIIX.



I.

GEtae et Gothi minime debent confundi.

II. Gothi enim cis mare, insignem Germaniae magnae tractum incoluerunt, atqve hinc longe lateqve colonias duxerunt.

III. *Svevi Semnones*, ultimis Germaniae seculis, usqve ad vicinam Albis nostri ripam sedes porrectas habuerunt.

IV. His emigrantibus Venedi, speciatim Sorabi successerunt: hos primum Franci secundae stirpis, tum Vinlandei, postremo Ascanii Saxones in ordinem redegerunt.

V. Francia, regnante Carolo M. longius fines suos protulit, et anno DCCLXII Saxoniam versus, limitem habuit Dimulam, deinde promovit ad Lupiam, hinc ad Visurgim, tum ultra Albim, usqve ad Eidoram amnem, Saxoniae transalbinae terminum inter Francos Danosqve constitutum.

VI. Saxoniae ius nomenqve a transalbino illhoc limite, in has oras traductum est, adeo ut multis abhinc seculis Sorabia Saxonibus subiecta, desierit esse Sorabarum.

VII. Anasus olim inter Franciam Australicam, et Hunnorum, qvibus Hungari successerunt, regionem limes fuit: sed mutatis postea finibus, pars superioris Pannoniae detracta est, qvae Germaniae coniuncta, Austriae accessit.

VIII. Austria deinceps Hungariam, et diversa causa acqvisitos, multis felicibusqve incrementis nobilitavit, et regiones antea Hungariae coniunctas, Dravo Savoqve superatis,

tis, auspicio LEOPOLDI AVG. magni Imperatoris, denuo in obseqvium redegit.

IX. Vt aevo Romanorum duae Pannoniae, sic et Daciae duae appellatae sunt: sed duae Venetiae in bonis emendatisqve codicibus nusqvam leguntur.

X. Dacia qvondam Orientis Imperio attributa est, cuius metropolis fuit Iustiniana prima, urbs Macedoniae clara, ad Lychnidum lacum.

XI. Posteris seculis cum res Christiana apud Hungaros invalescere, Colocia, qvam Danubius alluit, Regum Hungarorum auspicio, honorem sibi dignitatemqve Metropolitanam suscepit.

XII. Nostra memoria haec regio opima et fertilis, regno Hungariae, cui antehac annexa fuit, postliminio se coniunxit.

XIII. Absurdi sunt, qvi Albam Iuliam putant esse Coloniam Vlpiam Traianam, qvas tabulae veteres, et prisca monumenta recte et evidenter distingvunt.

XIV. In finitimis Daciae regnis, ac praesertim in Dalmatia, celebris fuit *Megazupani* dignitas, qvae perperam legitur ab hominibus Graeco-Slavicarum antiqvitatum ignaris.



tis, auspicio LEOPOLDI AVG. magni Imperatoris, denuo in obseqvium redegit.

IX. Vt aevo Romanorum duae Pannoniae, sic et Daciae duae appellatae sunt; sed duae Venetiae in bonis emendatisqve codicibus nusqvam leguntur.

X. Dacia qvondam Orientis Imperio attributa est, cujus metropolis fuit Iustiniana prima, urbs Macedoniae clara, ad Lychnidum lacum.

XI. Posteris seculis cum res Christiana apud *Hungaros* invalescere, Colocia, qvam Danubius alluit, Regum Hungarorum auspicio, honorem sibi dignitatemqve Metropolitanam suscepit.

XII. Nostra memoria haec *regio* opima et fertilis, regno Hungariae, cui antehac annexa fuit, postliminio se coniunxit.

XIII. Absurdi sunt, qvi Albam Iuliam putant esse Coloniam Vlpiam Traianam, qvam tabulae veteres, et prisca monumenta recte et evidenter distingvunt.

XIV. In finitimis Daciae regnis, ac praesertim in Dalmatia, celebris fuit *Megaespani* dignitas, qvae perperam legitur ab hominibus Graeco-Slavicarum antiqvitatum ignaris.



tis, auspicio LEOPOLDI AVG. magni Imperatoris, denuo in obseqvium redegit.

IX. Vt aevo Romanorum duae Pannoniae, sic et Daciae duae appellatae sunt: sed duae Venetiae in bonis emendatisqve codicibus nusqvam leguntur.

X. Dacia qvondam Orientis Imperio attributa est, cuius metropolis fuit Iustiniana prima, urbs Macedoniae clara, ad Lychnidum lacum.

XI. Posteris seculis cum res Christiana apud Hungaros invalesceret, Colocia, qvam Danubius alluit, Regum Hungarorum auspicio, honorem sibi dignitatemqve Metropolitanam suscepit.

XII. Nostra memoria haec regio opima et fertilis, regno Hungariae, cui antehac innexa fuit, postliminio se coniunxit.

XIII. Absurdi sunt, qvi Albam Iuliam putant esse Coloniam Vlpiam Traianam, qvas tabulae veteres, et prisca monumenta recte et evidenter distingvunt.

XIV. In summis Daciae regnis, ac praesertim in Dalmatia, celebris fuit *Megaiupani* dignitas, qvae perperam legitur ab hominibus Graeco-Slavicarum antiqvitatum ignaris.

